

www.e-rara.ch

**Silva locorum, qui frequenter in concionibus occurrere solent, omnibus
divini verbi concionatoribus, cum primis utilis & necessaria**

Luis

Venundatur Parisiis, 1586

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRa 166

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-26764>

lustitia, iniustitia.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

mētē nām à diuinorū cōtēplatiōe nō abstrahāt. Ad hoc autē simplicitatis genus à curarū & operū multiplicitate, tāq̃ ad meliorem partem, Dñs Marthā vocabat, cū diceret, Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima: porro vnū est necessariū, nepe pāssidū cōtēplatiōē & amorē Deo vniri. De hac verō operū multiplicitate vitāda vide Senecā in Collectaneis nostris, Tit. Occupatio. Ex hoc verō tertio simplicitatis gradu orit̃ quartus nepe, puritas intentiōis: quā piū opus in vnū Deū simplici intentiōe referim⁹ nō opes, nō honores, nō aliq̃ aliā cōmoditatē, sed solū diuinæ volūtatē beneplacitū attendentes, illiq̃ vni placere gestientes. Hæc enim esse videtur simplicitas de qua Saluator ait, Si oculus tuus fuerit simplex. & c. l. e. In qua simplicitate Dauid se donaria illa Domino ad templi fabricam obtulisse memorat.

Luc. 10.

Matt. 6.

Iustitia, Iniustitia.

Vera iustitia compassionem habet: falsa vero dedignationem: quāuis etiā iusti soleant rectē peccatoribus indignari. Sed aliud est qđ agitur typo superbiæ, aliud quod ze lo disciplinæ. Gre. in ho. sup. illud, Erāt appropinquātes ad I. & c.

Gregor.

Sancti viri quādo cum personis minoribus contentiōnū negotia subeunt, dum grauare vel in minimis timent, ipsi contra iustitiam grauari nequaquam refugiant. Greg. lib. 3. mor.

Nec ibi Domine dees, vbi lōge es: quia vbi non es per gratiā, ades per vindictā. Qui enim te non habet placatum nequaquā euadet iratum. Aug. in Manuali.

August.

Nimia iustitia incurrit peccatum: temperata iustitia facit perfectos. Salsitudinem correctionis amor Christi temperet, & dilectionem proximi sal iustitiæ condat. Idem de vor. relig.

Remota iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia? quia latrocinia quid sunt, nisi praua regna. Ideo eleganter & veraciter Alexandro Magno quidam Pirata comprehensus, respondit, cum ab eo interrogaretur, quid sibi vt mare haberet infestum ille libera voce, Quid tibi (inquit) vt orbem terrarum? Sed ego quia exigno nauigio facio, latro vocor: quia tu magna classe, imperator. Idem lib. 4. de ciui. Dei. c. 4.

Qui non repellit à socio suo iniuriam si potest, tam est in vitio, quā ille qui facit, Ambro. de offic.

Ambro.

¶ Frequentissima & grauissima Diaboli tentatio est, quod multi COLLE. qui pietatem per bona opera profiteri videntur tardissimi ad ea sunt, quibus ex debito iustitiae tenentur: cum tamen promptissimi & alacres ad alia bona opera fiat, ad quae minime Dei lege astringuntur. Difficulus enim famulis, & mercenariis, atque creditoribus debita soluunt: qui tamen eleemosynas facile praebent, & quaedam alia pietatis opera libenter exercent. Contra hos autem est, quod Dominus per Prophetam dicit, Ego Dominus diligens iudicium, odio habens rapinam in holocaustum. Rapina autem est, cum Deo offers, quo petenti creditori satisfacere potuisses. Cuius rei causa est, partim malitia Diaboli tentantis, partim propria voluntas, quae libentius sua decreta & placita, quam aliena imperia exequitur. Hac ergo ratione sub virtutis imagine, multos Dæmon illaqueat.

Esa. 61.

Quam gratū Deo sit de peccatoribus supplicium sumi, declarat memorabile supplicium illud, quod de Achā sumpsit Iosue, Tulit namque ipsum argentum, & pallium, & auream regulā, filios quoque, & filias eius, bones, & ahnos, & oues, ipsumque tabernaculum, & cunctā suppellectilem, & omnis Israel cum eo, & duxerunt eos ad vallem Achor lapidauitque eum omnis Israel: & cuncta quae illius erant igne consumpta sunt. Quo facto auersus est furor Domini ab eis. Hoc exemplo collige, quam detestabile sit peccatum: quamque Deo grata sint peccatorū supplicia. Idem etiam declarat trium auorum fames, quae (regnante Dauid) propter Saulis aduersus Gabaonitas tyrannidem vexauit populi. Ea enim morte filiorū Saulis sublata est. Iustus enim Dñs, & iustitias dilexit, æquitatem vidit &c. Idem etiā colligimus ex illis Prophetæ ad regem Achāz verbis. Quia dimisisti virū dignū morte, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius.

Ios. 7.

2. Re. 21.

Psal. 20.

3. Re. 20

Vehementer nobis misericordiam pariter & iustitiam cōmendatas esse Salomon voluit, cum ait: Misericordia & veritas te non deserant. Circunda eas gutturi tuo, & scribe in talibus cordis tui, & inuenies gratiam, & disciplinā bonā coram Deo & hominibus. Vide quo amore erga virtutes has nos affici volumus: qui nō cōsentus dixisse, Misericordia & veritas te nō deserāt, voluit etiam ut eas tanquam torquem aureā collo circundāremus, & in tabu-

Prou. 3:

lis cordis scriberemus. Simul & illud vide, quomodo cum misericordia veritatem coniunxit. Sunt enim qui Diabolo ita suadente, in pauperes profusi, in suos vero sunt avari atque tenaces. Cum tamen vel vnum iustitiæ opus neglectum, satis sit ad damnationem: innumera autem bona opera, neglecta iustitia, ad salutem minimè sufficiat. Idem etiam Salomon hoc ipsum docet his verbis. Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem

Prov. 20 quis inueniet? Fidelitatis nomine, hoc in loco Salomon iustitiam intelligit. Is enim has duas virtutes ubique coniungit. Fidelis enim est, qui fideliter præstat quod debet, & numeri suo plane satisfacit. Fidem autem pro iustitia accipi, ex eo colligimus, quod cum idem

Prov. 31 Salomon dixisset. Per misericordiam & fidem purgatur peccata, paulo post eandem sententiam repetens, ait: Misericordia & veritate redimitur iniquitas. Veritas autem in literis sanctis, iustitia appellatur. Vt Paralypo. 2. c. 32. Post quæ, & huiusmodi veritatem, venit Senacherib. rex &c. Vbi veritatem pro iustitia posuit.

Quanta cura providendum sit, ne pauperibus, & infirmæ conditionis hominibus noceamus, declarant illa Salomonis verba.

Prov. 23 Ne attingas, inquit, paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne intro eas: propinquus enim illorum fortis est, & iudicabit contra te causam ipsorum.

Magnum diuinæ gloriæ studium Moses in peccato Phogor ostendit: qui quanuis super omnes homines mitissimus esset, ad eandem tamen & sanguinem omnes conuocauit dicens, Occidat unusquisque proximum suum, qui initiati sunt Beelphegor. Occisique sunt hoc eius præcepto viginti quatuor milia hominum. Quis vnquam iudex adeo seuerus fuit, vt tot hominum milia vno impetu cædi iuberet? Nec minus tamen gratus Deo Phinees filij

Num. 25 Eleazari zelus fuit qui honoris diuini offensione ita commotus fuit, vt in lupanar ingressus, scortatores in locis genitalibus gladio transfoderit. Atque hic animus tam Deo gratus fuit, vt magnificis propter hoc verbis à Domino fuerit honoratus, Phinees, inquit, auerit iram meam, qui zelo meo commotus, &c.

Iustitiæ regulam & integritatem illa Domini. Numc. 35. verba commendant, Homicida sub testibus punietur, ad cuius testimonium nullus condemnabitur. Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur. Exules & profugi

fagi ante mortem pontificis nullo modo in vrbes suas reuerſi poterunt, ne polluatſ terram habitationis veſtræ, quæ inſon- tium cruore maculatur: nec aliter expiari poteſt, niſi per eius ſan- guinem, qui alterius ſanguinem fuderit. Atque ira emundabitur veſtra poſſeſſio, me commemorante vobiſcum. Ego enim ſum Dominus, qui habito inter filios Iſrael.

Neglecti iuris & obedientiæ ſupplicium imago illa, & vñ. bra Samuelis declarauit Saulis hiſ verbis, Faciet tibi Dominus ſicut locutus eſt in manu mea, &c. quia non obedifti voci Domini, neque feciſti iram furoris eius in Amalech: id cir- co quod pateris, fecit tibi Dominus hodie. Cras autem tu, 1. Re. 28 & filij tui mecum erittis: ſed & caſtra Iſrael tradet Domi- nus in manus Philiftiin. Statimque Saul cecidit porrectus in terram. Extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo.

Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt: nec conte- ras egenum in porta: quia iudicabit Dominus cauſam pauperis, & confringet eos, qui conſixerunt animam eius. Prouerbi. 22. Item Eccleſiaſtici. 35. Non accipiet Deus perſonam in paupe- rem, & deprecationem læſi exaudiet. Non deſpiciet preces pu- pilli, nec viduam, ſi effundant loquelam gemitus. Nonne la- chrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt? & exclamatio eius ſu- per deducentem eas? Hoc eſt (vt alij vertunt) aduerſus eien- tem eas opem inuocat? A maxillam enim vſque ad cælum aſcen- dunt: & Dominus exauditor non delectabitur in illis: hoc eſt Dominus libenter exaudiet eas. Eandem ſententiam inuenies Exod. 22. in hæc verba, Aduenam non contriſtabis, nec affliges eum: aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Ægypti: Viduæ, & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos, viciſerabuntur ad me: & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus: percuriamque vos gladio: erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. Inter præcipua verò ſcelera, quæ Dominus per Prophetas populo ſuo improperat, oppreſſio pauperū eſt. Hinc illud Eſai. 3. Quare arteritis populum meum? & facies paupe- rum commolitis? Item apud eundem. 10. Vx qui condunt le- ges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerūt vt opprimerēt in iudicio pauperes, & vim facerent cauſa humilium populi mei:

ut essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venieritis? Ad cuius confugietis auxilium? &c. Item Hierem. 2. In alis (inquit) tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentium. Hoc dicit, quia pauperes à potentioribus spoliabantur, eorumque se opibus ornabant. Alludit autem hoc in loco eleganter ad eas anes quæ ex raptu viuunt: quæ correpta præda, ita in eius deuoratione efferantur, ut non rostra modo, sed alas etiam eius sanguine craerent.

Misericordiam nobis sub interminatione diuinæ vindictæ, illa lex Domini Exod. 22. commendat, Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum: ante Solis occasum reddes ei. Ipsum enim est solum quo operitur indumentum carnis suæ, nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiam eum: quia misericors sunt. Verè misericors. Vnde enim hæc misericordix plenissima lex, nisi à pleno pietatis fonte manauit? Cæterum si clamorem iuste patientis exaudit Deus, quid per violentiam, & iniustitiam oppressi?

Haliæctus immundum in lege animal est: quod quidem rapina pascitur. Sed quia viribus destituitur, minutis tantum animalibus infestus existit. Sunt huius generis quam plurimi: qui in solos pauperes violenti, ostendunt non in aliis sibi deesse voluntatem, sed potestatem.

Restitutio.

Gregor.

Gregorius super illud, Esuriui, & non dedistis, &c. Si tanta poena mulctatur qui non dedit sua, qua feriendus est, qui abstulit aliena? Grego. mor. lib. 15. c. 10.

August.

Quantis largiaris tuum, meliorem elemosynā facis, si reddis alienum. August.

Si in ignem mittitur, qui non dedit rem propriam, ubi putas mittendus erit, qui inuasit aliena? Si cum Diabolo ardet, qui nudum non vestiuit, ubi putas arsurus est, qui expoliavit? Idem de ver. Domini. c. 20.

Quod inuenisti, & non reddidisti, rapuisti, quantum potuisti fecisti.